

II m
513



B. M. II, 70.

A. II, 15.



Supremo Numine Adjuvante,

DISSERTATIONEM

DE

INSIGNIBUS
IMPERII ROMANI,

In Illustri Academia Kiloniensi,

Permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi atq; Consultissimi Viri,

DOMINI

SIMONIS HENRICI MUSÆI,

J. U. D. & Juris Naturæ & Gentium Profes-
soris Ordinarii,

*Domini Patroni ac Hospitis sui
nunquam non colendi,*

publicè defendet

JOHANNES HENRICUS de POP-
PINGHAUSEN, Eques Marchio · Westphalus.

Ad diem Octobr. A. C. 1684.

K I L O N I.

Imprimebat Joachimus Reuman, Acad. Typogr.

2upremo Nominis Ad. nante
DISSERTATIONEM

DE
INSIGNIBUS
IMPERII ROMANI

In Illustri Academia Kiloniensi
Permissu Amplissimi Facultatis Juridicae
SUB PRÆSIDI

Nobilissimi atq. Reverendissimi Viri



SIMONIS HEINRICHI
J.U.D. & Juris Naturæ & Gentium Professor
Johis Ordinarii,
Domini Patroni ac Hospiti
magnam non colunt
publicè defendit
JOHANNES HENRICUS de POP-
PINGHAUSEN, Eques Marchio - Westphalus.
Ad diem Octobr. A. 1724.

KILONI.
Inpbitmbece Joachimus Reiman, Acad. Typogr.





I. N. D. N. J. C.

I.

Quæ primæva naturæ simplicitate niti videtur, in terprete Ulpiano *l. 32. ff. de Reg. Jur.* hominum æqualitas, illam ex gravissimo ipsius juris naturalis consilio & instinctu mox jus gentium sustulit. Quod remotiora æternæ Themidis placita, ut in usum Societatis arcesseret, robore suo munivit & supplevit solertia: gaudens alacritate & motu, quod promptam decet prudentissimæ illius Imperatricis ministram. Itaque ut præmonstratas beatitudinis civilis ideas praxi sua effingeret, per genuinos tramites illius ad culmen enisa est, quorum plerosque recenset Ulp. *l. 5. ff. de Just. & Jure.* Imprimis omni confusio in inimicum dum gentes discrevit, condidit regna, distinxit dominia, agris terminos posuit, Videatur Magnifici Dn. Rachel. *dissertat. de Jure Gentium*, ORDINEM simul invexit, animadvertens, sine hoc, neque gentium fines regi, neque opes florere, neque coli justitiam, neque expediri bona consilia posse. Lucidus enim ordo, qui vitæ dux & societatis est vinculum ut Thomas demonstrat *Secunda Secunda q. 4. art. 1.* non minus in moralibus requiritur, quam naturalibus æterna indolis lege servatur: sive gentes gentibus æquet, præferat, postponatve; sive imperantibus subjiciat parentes, sive ipsos parentes nunc æquet, nunc distinguat; quam ordinis necessitatem pulcherrimis coloribus adumbrat *C. ad hoc dist. 89.* Equidem

A 2

sicut



sicut sine justitia non societati salus atque securitas, ita nec sine ordine justitiæ potest ratio constare. Cum enim justitia distributiva, quæ civitatis est marmorea basis, proportionem geometricam distribuatur in socios præmia, horum in distributione ad meritorum ordinem adstringitur. Itaque quos merita æquant vel distinguunt, præmiis quoque distinguit vel æquat, meritorumque ordinem externis illustrat ornamentis atque tuetur. Unde cum varii status personarum in republica resultent, his quidem distinguendis, majestatis, a qua dignitatum radii veluti centro & fonte splendoris in eminentiores cives disperguntur, arbitrium distincta jura decoraque contulit. Quorum ne obscurarentur discrimina, certa attributa moralia personarum, gentium consuetudine emerferunt, ex quibus illarum status & ordo eluceret: qualia sunt TITULI, de quibus vid. celeberr. Dn. Puff. *lib. 1. de Jur. Nat. & Gent. c. 1. n. 18.* & INSIGNIA. Quibus postquam gentes, & gentium principes distinguuntur, ita ab initio ex liberrimo beneplacito detectis, (a) ut deinceps eadem haud facile mutare consueverint: subditos etiam & clariores cives insigniunt atque distinguunt. Ita quatenus in hos ex libero Majestatis indultu dispensantur insignia, ex instituto sanè civili videntur proficisci. Ipsi verò Juri Gentium originem debent. Quo enim jure nituntur gentium, statuum, personarum discrimina: eidem & discriminum horum signa adscribenda sunt, quando de conspirante gentium usu nullum dubium superest: sive Ægyptii, Diod. Sicul. *lib. II.* sive Lacedæmonii, Plin. *l. 6. c. 10.* sive Cares, Herod. auctore *lib. I.* sive Assyrii, sive Picti ab armorum pictura, ut ferunt, nomen trahentes, de inventionis gloria certent. Interim in

re-

remoto quodam aeterni Juris Consilio eadem fundari haud
negaverim, ne nulla ratio possit illorum opinioni consta-
re, qui illorum principia à natura repetunt, indolum si-
gna hominum individuis, animalibus, plantis etiam soler-
ter imprimente. (b)

(a) Nisi quod quaedam gentes miraculosæ origini insignia sua adscri-
bunt. Ita jactant GALLI, Clodovæo, qui unà cum religione Christiana
Lilia primum accepit, Angelum *Ampullam Remensem Aurisflammam &*
scutum liliatum attulisse. Steph. Forcatul, de Gall. Imper. L. VI. Cum Wol-
demari II. exercitus in bello adversus Livonos amissa per errorem Aquila,
quam sequebatur, in fugam ageretur: demissum fertur cœlitus esse vexil-
lum, in cujus rubeo solo crux candida erat descripta, quod appellatum est
Danebroga. Pontan. Chorograph. *Danic.* f. 770. Item Alphonsus I. Rex Por-
tugalliæ in Castris contra Saracenos, ante conflictum, nocte à Servatore fertur
admonitus, ut denarios XXX. quibus venditus fuerit, insignium loco usurpa-
ret. V. Anton. de Sousa Lusitan. *Liber c. penult.* (b) Notabile est quod Chaf-
san, in *Catalogo gloria mundi parte 12.* commemorat, in quadam parte Gal-
liæ esse quendam magni dominum, in cujus agro lapides & arbores, si
scindantur, in quamcunque partem verti possint, arma seu insignia illius Do-
mini referant.

§. 2. Sicut verò pleræque Gentes, ne barbaris qui-
dem exceptis, (a) certa quaedam insignia delegerunt: ita ex
his cum Gente sua præ cæteris eminent, quæ Imperatoribus
Romanis non sine divini numinis providentia, usus apta-
vit & continuata per plura secula firmavit possessio. Quo-
rum in formam, originem, rationem, usum & jura inqui-
rere operæ pretium duxi, quanquam præcipitata & im-
matura ob festinandi itineris necessitatem industria. Ge-
runt autem Imperatores in Insignibus Aquilam bicipitem
coronatam, crucisque signo adornatam, nigricantem in
campo aureo. Vid. Hoping, *de Jur. insign. c. 6.* Limn. *de J.*
P. lib. 1. c. 14. Besold, *in thes. pract. & Speidel. in voce Ad-*
ler. Una hæc est aquila, duo Capita gerens: quanquam

non desint, qui negent bicipitis Aquilæ monstrū () Imperio congruere. Somniant enim hîc duas aquilas vel concorporatas, vel expansis alis se obtegentes, quibus reclamationat R. I. de anno 1559. Tit. Neue Münz-Ordnung S. Wie aber vorgestellet; ubi: Unser und des Reichs Râys. Adeler mit zweyen Köpffen und des Reichs Apffel in des Adlers Brust. Fulget autem in utroque aquilæ capite Corona, ut Imperialis aquilæ splendor, vel præ cæteris regibus eminentia indicetur. Petrus de Andlo lib. 2. c. 14. de qua vid. Apologiam Henrici Bebelii de prerogativa Imperii Germanici in Goldasti Polit. Imperial. Inseta Crux emblemata est Christianæ religionis, unde dicitur Imperator Oberster Vogt der heiligen Christlichen Kirchen R. A. zu Augspurg de anno 1530. S. auff solche / item ein Schutz- und Schirmherr der ganzen Christenheit de anno 1518. S. erstlich. Color aquilæ niger est, qui prudentiam & firmitatē adumbrat, cum color iste in alios amplius non convertatur. Aureus verò campi fulgor signum est aurei seculi & felicitatis, Beckm. in notit. dignit. illust. Sive Sapientia, ut notat Cæsar. Rhodigiensis lib. 4. antiquar. lection. c. 24.

(g) De Turcis enim notum est, quod lunæ insigni utantur, quoniam veteres Saraceni lunam tanquam numen coluerunt. Chineses in bonum felicitatis omen draconis utuntur insigni V. Martin dec. n. l. 1. Sin. 1. Rex Narvingæ gessit in insignibus Pavonis figuram cruci imminentem, memorante Kirhero Vid. Beckmann. cit. l. Quodque adhuc magis mirere in Chilensium provincia, quæ Cautena dicitur, oppidum est, quod Hispani Imperialem hac de causa nominant, cujus in plerisque domibus, & portis fuere Aquilæ bicipites; Caspar. Barlaeus de rebus Brasilia pag 13. (b) Hinc scribit Beatus Rhenanus in Epistola ad Laurentium de Republ. Rom. lib. 1. c. 1. aliquando non neminem, hoc monstrū ut aboleret, Maximiliano Cæsari persuadere conatū esse.

§. 3. Aquilæ signum ad Romanos à Persis & Græcis derivatum esse nonnulli existimant. vid. Salmuth. in not. ad Panciroll. rer. mem. p. 1. tit. 53. Equidem Xenophon Cy-

7

ropæd. lib. VII. testatur quod insigne Regis Persarum fuerit
aquila aurea in hasta longa extensa. Qui verò à supersti-
 tione, religione Jovis & auguriis Romanorum usum aquilæ
 deducunt, minimè videntur errare; & simul adumbra-
 re Hieroglyphicam signi figuram. Finxerunt enim ethnici
 aquilam Jovis satellitem, nunciam, famulam & armige-
 rum esse, ut illum appellat Virgilius, 'quasi fulmina & tela
 Jovis gestaret: vid. Joach. Cam. *Symb. & Embl. Cent. 2.* & Pa-
 radin. *in Symb. Heroic.* item Natal. Comes *l. 2. Mytholog. c. 1.*
 Quæ omnia prædicata per tropum possunt ad Impp. &
 principes transferri: Nonne enim isti sunt Dei in terris mini-
 stri, vicarii & armigeri? Unde Homero *Principes Deorum disci-
 pulos, à Jove nutritos & Jovi amicos* dixit, Keckerm. *disp. Polit.*
2. aphorism. 7 in notat. Plato *reges deorum filios* dixit. Quicquid
 sit Aquilæ signū Priscos Romanorū reges amavisse, posteros
 in republica libera amplexos esse, & secutos tandem impe-
 ratores, in militaribus signis fulgens, ad nostram usque æ-
 tatem propagasse Historia docet: Ut enim ait Joseph. *lib.*
3. de bell. Jud. c. 5. Aquila legioni apud Romanos præest. Regina
ipsa omnium avium & eadem valentissima. Unde etiam im-
perii signum ipsis est & velut omnem victorie in quoscunque
eant. Rationes etiam quæri solent in aquilæ robore, ma-
 gnitudine, sublimi volatu, fortitudine, & visus acrimo-
 nia, quibus scilicet dotibus imperatores etiam eminere
 conveniat, sic præ regibus eminentes, ut aquila avium re-
 gina inter aves eminet. Cæterum de ratione & origine
 aquilæ à Romanis delectæ notabilis est locus Befold. d. l. (*)

(*) Ubi: des Reiches Wappen hat einen Adler 1. darumb / dieweil Moses
 hievon geprophezeyeret. Deuter. 28. v. 19. Der HERR wird ein Volk über dich
 schicken von ferne / des Sprach du nicht verstehest. 2. Dieweil der Römische Bür-
 germeister C. Marius im Cimbrischen Krieg / einen Adler in seinen Kriegsfahnen
 am allermeisten geführet hat: Und solches continuiert worden. 3. Dieweil der

Ad



Abler aller Vögel ein König ist und am höchsten fliehet. Es hat aber der Römische Adler zwey Köpffe / da einer gegen den Morgen / der andere gegen Abend stehet: zu erinnern / daß vorzeiten / das Römische Reich in zwey theil getheilet worden ist / nemlich von den zweyen Mitkaisern die zugleich gewesen / wie nach Constantini Magni Zeiten offters geschehen.

§. 4. Originē Aquilæ bicipitis in insignia Imperii Germanici translata nonnulli à Chetruscorū Arminiiq; victoria arcessunt, (a) qui cæsi Quintilii Vari legionibus aquilas duas eripuit, teste Suetonio: alii conjiciunt propterea imperatorē bicipiti aquila uti, quod duplex imperii caput repræsentet, non solum Imperatoris sed & Regis Romanorum, ut Limn. lib. 1. jur. publ. cap. 14. (b) Illustres nonnulli scriptores originem aquilæ bicipitis ad tempora divisi imperii in orientale & occidentale referunt, ut Pighius in *Hercule proditio*, & Lipsius in *Analectis ad militiam Romanam*: quorum non planè improbabilis est opinio. Nam & aquila bicipiti Constantinopolitanos Imperatores usos esse, ex illorū figuris Nicephoro Gregoræ præfixis colligit Marquard. Freherus in notis ad Petr. de Andlo *de Imp. Rom. Lib. 2. c. 14.* item Lipsius idem signum in Columna Antonini observavit loc. cit. Qui vero ad Carol. Magn. referunt principium bicipitis aquilæ, vel Carolum V., ambo falluntur. Primum enim controversum est utrum Carolus Magnus unquam Aquila bicipiti fuerit usus? (c) tum etiam ex transactione Caroli Magni cum Nicephoro de cessione occidentalis Imperii, vix istam conjecturam deduxeris. Nam illa Imperii cessione nullam communionem insignium videtur arguere: cum duorum capitum in uno corpore aquilino concretio Imperii communionem indiget: & videatur connotare l. duplicis imperii coronas in unam personam collatas, vel duos ejusdem Imperii pro indiviso posses-

9

sesse confortes. Illud verò ex variis nummis & Monumen-
tis constat, dudum ante Carolum V. aquilam bicipitem u-
surpatam fuisse. Cæterum quanquam ipsa aquilæ bici-
pitis origo nullo possit valido demonstrari antiquitatis
documento, densa quadam involuta caligine: mihi ta-
men nova illam liceat rimari conjectura. Præsuppono
autem cum clarissimis quibusque JurisPublici Scriptoribus,
ante Henricum III. vel ut alii putant VI. aquilæ bicipitis
emblemata fuisse in Imperio inusitatum, neque à proximis
Henrici VI. successoribus semper pari religione observa-
tum. Unde colligo in principio aquilæ bicipitis usum ar-
bitrarium fuisse: successu verò temporis post Friderici III.
tempora in consuetudinem ivisse & perpetuam obser-
vantiam. Cœpisse autem videtur arbitrarius iste usus illo
tempore, quo Romanorum Pontificum ambitio aquilam
Imperii, multis modis & variis artibus lacerabat, im-
primis Italici regni partes insignes & urbis Romæ Impe-
rium ad se trahebat. (d) Quibus machinationibus quan-
quam Pontificum artibus circumventi impares essent Im-
peratores, pro viribus tamen obstiterunt; quorum pos-
sessionem tueri non poterant, illorum jura saltem defen-
suri. Itaque cum Longobardi aquilam bicipitem jam o-
lim suis in insignibus gessissent, teste Aldrov. *lib. 1. Ornith.*
tit. de usu Aquilar. in insignib. tum hoc maximè vel Longo-
bardici Regni, vel prominentis in utrumque regnum, ger-
manicum & Italicum imperii signum imitari voluerunt.
Quam conjecturam adjuvat consilium Henrici VI. qui in
Comitiis anno 1196. Regna sua Sicilia, Apulia, Calabria,
principatum Capuæ & Spoleti, aliaque ita univisse impe-
rio legitur, ut quicumque esset imperator hæc regna simul
haberet.

(a) Quæ

(a) Quæ Vari Clades tanta tristitia Augustum perculsit, ut barbam dim-
nutriret luctus signum, subinde cum suspiriis exclamans. *Quintili Vare redde
legiones.* (b) Quos refutat nummus in memoriam coronati Ferdinandi IV. Re-
gis Romanorum cusus, in cuius altera parte binæ Aquilæ fulgent, quarum
altera sursum, altera deorsum spectat cum inscriptione:

Respicit hac populum, respicit illa polum.

(c) Equidem Carolum Magnum dimidiata aquila in dextro scuti latere, in si-
nistro vero liliis usum fuisse quidam affirmant. *Massovius annalium lib. 3.*
illum gestasse fusci coloris aquilam in parte aurei campi testatur, in altera ve-
rò indefinita numero lilia. (d) Unde Lehmannus in Chronico Spirensi: Fer-
ner und zum 5. haben die Kaiser umb die Zeit Friederichs des Ersten und Henrici
des Sechsten bis auff die Zeit des Interregni Mächtige Land und Leut / als die
ganze Lombardey und Herzogthumb Meyland / das Königreich Apulien / und
Neapolis / Calabrien und Sicilien / die Fürstenthumb Liguriæ und Thuscien,
desgleichen Rom als eine Kaiserliche Reichsstadt beherrschet und regieret. Die
Stadt Rom hat selbst Kaiser Friederich als eine des Reichsstadt vor ihren Her-
ren und Kaiser erkant / wie Radevvicus lib. 2. c. 21. davon schreibet: So nen-
net sich der Kaiser darauff in seiner Widerantwort an die Römer / der Stadt
Rom rechtmässigen Besitzer / *legitimum possessorem.* Aber es haben die Pabst
nach und nach zu grossem Nachtheil des Kayserthums zu sich gezogen was sie
getonnt / besonders als zwischen ihnen und den Kaisern und andern Königen
Trennungen und Zwiespalt gewesen seynd: Es ist gar gut fischen wenn das
Wasser trüb ist / sie haben die Kayser gebannet / und die Unterthanen von ih-
rem Gehorsam ledig gesprochen / und dazwischen ihrer Schanz gewartet / daß
ein Kaiser ietzt und schier nichts in Italia in dem grossen theil seines Kayser-
thums hat.

§. 5. Postquam verò perpetua consuetudine hæc in-
signia Imperatoribus sunt vindicata, prorsus incommuni-
cabilia facta sunt, adeo ut ne liberis quidem Imperatoris
communicentur. (a) Et quanquam Imperator comitibus
Palatinis insignia concedendi facultatem indulgere con-
sueverit, tamen cavere solet: Doch solle gedachter N. sein
fleissig Aufsehen haben / daß er in Krafft dieser Kaiserlichen
Freiheit den Kaiser oder Königlichen Adler nicht verleyhe.
vid. Ziegler. *de Jur. Maj. l. 2. c. 21. n. 10.* excipi tamen vide-
tur posse Augusta, per doctrinam Hopingii *d. c. 6. p. 3. cl.*
9. vid. & Dissert. Mollenbec. de Augusta. Porro Sanctio-
ne

ne sunt munita imperii insignia, adversus quorumcunq;
injuriam unde si quis ausu temerario ista violare prælu-
mat, crimen læsæ majestatis subit, & eandem pœnam
meretur, quæ olim violatori statuæ aut imaginis principis
infligebatur in *l. 9. & 6. ad leg. Jul. Majest.* ut docet Chas-
san. *in Catal. Glor. mund. consid. 38.* Pœna etiam criminis fal-
si & sacrilegii, & feudi privatio, si vasalli sint, violatores insi-
gnium Imperialium ferit. Decian. *Tractat. crim. lib. 7.*
c. 51. n. 71. Rosenth. *de Feud. cap. 10. concl. 20. n. 59.* (a)

(a) Hinc scribit Coquille, en l'histoire du Pais & Duchè de Nivernois
Il y en a qui faisant peindre les armes d' une fille d' Empereur en Germanie
y mettent un aigle, qui est une faute lourde; Car les fils des Empereurs d'
occident, ny meme les fils ne retiennent rien des armes de l' Empire, mais
tiennent seulement les armes hereditaires des maisons, ésquelles ils sont nés &c.

§. 6. Sicut autem privatis, contra turbantes in-
signium Jura, non desunt quibus eadem defendant juris
remedia, cujusmodi sunt interdictum uti possidetis, Vid.
Chassan. *in Catal. gloria Mundi part. 1. Concl. 38. n. 5.*
Mandata cum & sine clausula, Gilman. *tom. 1. symph. part.*
3. dub. 28. utilis Actio Confessoria & negatoria Cochman.
resp. 1. n. 17. fol. 4. Item rei vindicatio, quod attendit
Referens in causa Conrad. von E. Appell. contra Herrn
Julium Bischoff zu Würzburg & Consortes. Joh.
Meichsn *tom. 4. decis. Cam.* ita nullum est dubium quin
imperator Contra reges & principes Supremos turbantes In-
signia Imperialia legitimam belli Causam habeat, quando
bella in judiciorum locum, quibus summorum principum Con-
troversia decidi non possunt, sunt surrogata Vid Grot. *de*
Jur. bell. & pac. lib. 1. c. 2. §. 4. & Bœcler. *in Comm. ad Grot.*

§. 7. Quanquam autem incommunicabilia sint insignia
imperialia, istis tamen qui Aquilæ bicipitis utuntur insigni, (*)

si ante invalescentem illorum observantiam fuerint, indul-
 ta, vel usurpata non videntur posse interdici. Itaque
 alleganda ipsis erit possessionis antiquitas, quā probare pos-
 sunt I. instrumentis & diplomatibus. Felix Malleol. *de*
nobil. & rus dial. 29. quo pertinent die Adels Brieffe
 und Keyserliche Wappen brieffe. II. Antiquis Heraldorum,
 Ibris Suffrid. Petri *lib. 3. de Origin. Fris. 50* & Ibris fami-
 liarum genealogiacis die Stamm und Geschlecht Bücher/
 Rosenthal. *de Feud. Cap. 2. Conclus. 27.* III. Chronicis &
 documentis in Archivis publicis repertis: historiae enim
 fide dignae & grandævæ testimonia antiquitatis, nisi con-
 trarium appareat, in antiquis probant: Klock. *de Contribut.*
Cap. 20. num. 459. & 500. & Grot. *in proleg. de l. B. & P.*
 IV. inscriptionibus, Statuis, nummis & picturis antiquis: Chas-
 san. *in Catal. glor. mund. p. 1. Cons. 38. conclus. §.* Menoch
 2. *presumpt. 59. n. 2.* V. actibus possessoriis & usu in
 Torneamentis, Investituris, sigillationibus, & ex peditio-
 nibus militaribus, *arg. l. quoties A. de serv.*

(*) Ita Henrico VII dealignis Verone cunctis temporis Dominis Aquilam Imperii augmentum insignium concessit, ut memorat Scævola & Ludov. Sanmarran, in histor. Genealog. Fam. Gallicar, lib. 13. Eadem Sabaudum & indulgentiae Imperatoris usum esse docet Limn. l. p. *Libr. 1. cap. 14.* Quantum attinet Ambrosii Spinolæ nummum, in quo idem observavit bicipitem Aquilam coronatam: addita inscriptio, *Sub tuum presidium confugio*, declarat, non jure proprio sed clientelari Spinolam his insignibus uti. Insigne Rusfici Imperii Aquilam esse bicipitem & quidem coronatam testatur Olear. *Itiner. Pers. p. 51.* quod Superioris Seculi Tyrannus Joh. Basilides fertur, pro illa qua tumuit superbia, introduxisse, ut sanguine Imperatorio natus videretur.

§. 8. Neque hanc incommunicabilitatem illo-
 rum evertit, quod alieno nomine sc: Imperatoris à non-
 nullis licite usurpantur: quales sunt: (1.) Feciales ita à
 fide & faciendo dicti, nunc Legatorum & Oratorum no-
 mi



mine indigitati, & Heraldus die Herolde de quib. Vid. Be-
 sold. *Thef. Pract. in voc. Herold* (a) quibus annumerari
 possunt Tympanistæ & Tubicines die Trummelschläger
 und Trompeter Paschal. *de Legat. cap. 10. II.* Armigeri,
 qui & Scutarii dicuntur, de quorum origine videatur Men-
 nen. *in delic. Ordin. Equ.* & Thom. Smithius *lib. 1. de Rep.*
Anglor. e. 19. unde ortum est quod teste Limn. *L. 1. l. P.*
c. 14. multi nobiles Batavi Aquilæ insignibus utantur, cum
 illorum Majores fuerint Imperatorum Armigeri III. Be-
 neficiarii & clientuli Imperatorum: refert enim Iovius
tom. 1. Vitar. illustr. in Othone. quod Gibellini Cæsarum
 beneficiarii Aquilam pro insigni gesserint, & Cæsari in
 Italiam ingredienti adfuerint, & operam militarem præ-
 stiterint. IV. Vicarii & officiales Imperatorum *arg. cap.*
si iudex §. ex Stigmate de sent. ex com. in 6. V. Tabellio-
 nes & nuncii Imp. per doctr. Pasch. *de Legat. cap. VI. in*
fin. VI. Moriones per Recess. Imp. zu Regenspurg de An-
 no 1500. von der gülden und silbern Münze, III. Schalssa-
 narren.

(a) Sic Carolus V. Imper. Caduccatorem, sive quem hodie Araldum
 dicimus, prætextam cum Aquilæ Romanæ insignibus gestantem, quem si su-
 perbè atque insolenter mandata denunciaret, violare nefas, ad Mediolanenses
 superiori seculo, petendum, ut sibi imperii Romani titulum præferenti, fer-
 ream coronam pro more Cæsarum suscepturo, portæ pateant, misit: Jovius
lib. 16. hist. Et Leonhard. Fronspurger *lib. 1. Kriegsordnung Cap. des Herol-*
des Befehl de Heraldos sequentia dicit: Der Herold hat über seinem gewöhnli-
chem Kleid / so er etwas öffentlich aufschreyen und verkünden soll / gemeiniglich
ein Seiden = Kleid an / wie ein Leviten = Rock / vorn und hinten des Kriegsherrn
Wappen darin gesticket / führet ein weißes Stäblein in der hand / reitet ein
Trommeter vor ihm her / dann zeugt er in alle Läger / und an alle Ort darzu
am süglichsten / bläset der Trommeter ein Stillschweigen / alsdann so der Trom-
meter auffhöret zu blasen / so schreyet der Herold öffentlich sein Befehl auß.

§. 9. Cæterum Insignia Imperialia pingi, cæleri,

B 3

scul-

sculpi vel suspendi solent innumeris ferme in locis, ut curiis, templis, Palatiis, Tabernis, Castris, arcibus, portis, turribus, teloniis, pontibus, limitibus; tormentis, navibus &c. Imprimis illorum insignior usus est. I. in SIGILLIS, quibus instrumenta & literæ vallari & muniri solent securitatis majoris gratia. Neque dubitandum est quin Imperatoris Sigillum, ut publica & autentica faciunt omnia, supremam vim habeat, & plenissimè probet Vid. Besold. *in Thes. præst. Voc. Sigill.* in Sigillis autem III. considerata sunt, figura impressa, materia & color, de quibus egit prolixius Casp. Ziegl. *de Jur. Maj. lib. 2. c. 21. 17.* in monetis, quibus formam præstituit Kaisers Ferdinandi Münzordnung de anno 1559. §. Wie aber vorgestellte. III. In Labaris & vexillis Vid. R. A. zu Speyer de Anno 1542. §. Wenn nun auch / in quibus nunc fulgentem IMPERIALEM LEOPOLDI AQVILAM & militantem contra Turcas, votum obfignet:

Ocedant AQVILIS pallentis cornua Lunæ!
 Hæc ALIS, vincat, QVI Leopoldus agit:
 Ut Pater ille suis cives QVI contegit ALIS,
 A QVALIQ; AQVILA hæc Principe robur habet.
 Saltem AQVILA hæc ALIQVA annectat cito, Marte secundo,
 Victrici capiti ferta; novumque caput.
 Tu LEOPOLDE Jovis Cæsar cui militat ales,
 Fulmina jam in Turcas ex Tua PLODE LEO.
 POLLE DEO LEOPOLDE; hostes nunc urge triumphis:
 Nomine quos DELEO POL LEOPOLDE Tuo!

SOLI DEO GLORIA!

COROLLARIA. RESPONDENTIS.

CRimen læsæ Majestatis in consiliarios principis
committi potest.

Imperium Romanum non à pontifice sed à populo
Romano ad Germanos translatum est.

Nec est feudum pontificis.

Nobilis immediati status imperii olim fuerunt.

Rex Romanorum aliis regibus præfertur, vivente
Imperatore.

Principes jus mittendi legatos habent.

Jus protectionis patrono nullam in clientes tribuit
Jurisdictionem.

Filii innocentes ob delicta parentum non possunt
puniri.

Infantibus, foeminis, sacerdotibus, & illis quorum
vitæ genus abhoret ab armis, in bellis est
parcendum.

Principem injustum non licet subditis bello coercere.

IN civilibus Judex non potest compellere citatū im-
primis Nobilem, ut in propria persona compa-
reat.

Actor non possessionatus **C**autioem de expensis
&

94 Tm 513

16

& reconversione ad instantiam partis præstant
tenetur.

Patre vivente solus ipsius consensus ad nuptias filii
sufficit, eo autem mortuo matris etiam & pro-
pinquorum requiritur.

Raptor ultimo supplicio afficiendus est, etiamsi ra-
pta dicat se vi raptam non esse.

Utrum Coma a mulieribus sit nutrienda in signum
subjectionis, an ad quicquam relinquendum
maritis, quo uxores trahant vel ligent, in dubio
relinquo.

Ruthenis non ad stipulor, qui nullam foeminam ho-
nestam æstimant, nisi domi conclusa vivat.

Nec Turcis qui nefas ducunt, uxorem in publico
aperta facie, vel cum viro aliquo loqui,



ULB Halle

3

004 757 238



1077

mit





B. M. II, 70.
A. II, 15.

